



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**


Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

2. Quonam iure Decimæ Ministris Ecclesiæ soluantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

præditi suis Ecclesiæ decimas penderent. At si dubitetur, num ius decimarum ad Ecclesiasticos, an vero ad laicos pertineat, siue utrum decimæ spirituales manerint, an vero à spirituali titulo abstractæ, & laici in perpetuum collate fuerint, pro Ecclesiâ præsumendum. Quia quod mutatio, siue alienatio talis acciderit, est factum & odiosum Ecclesiæ, quod non præsumi sed ostendi debet. Laym. l. 4. tit. 6. c. 1. n. 5.



CAPVT II.

Quonam iure Decima Ministris Ecclesiæ soluantur?

7 Decimæ materialiter, & secundum substantiam spectatæ quatenus sunt necessaria Ministerium Ecclesiæ stipendium, de iure naturæ à iure naturali ac diuino descendunt. Quia iurati & di. lex naturalis iustitiæ dicitur, & Deus iubet, ut laborantibus, & spiritualia Ecclesiæ ministrantibus necessaria vitæ sustentatio, considerata personarum qualitate, præbeantur. Mat. 10. Digressus est enim (ait Dominus) operari in cibo suo. D. Tho. 2. 2. q. 18. Nauar. de redditib. Eccles. q. 1. n. 58. Gutier. l. 2. q. 4. Canon. c. 11. n. 9. & omnes.

Decimæ secundum determinationem, seu aliquotam ex iure positio eoque diuino le-
8 Formaliter vero sunt de iure Ecclesiastico non de iure naturali aut diuino. Mosaiæ tempore Sacerdotibus, ac Levitis debebantur: sed ea abolita, in nouo Testamento non solum Ecclesiastica lex, verum antiquissima pariter & æquissima ad decimarum obligat præstationem. Porro in noua lege huiusmodi decimarum præstatio non est iuris diuini nec naturalis, sed solus Ecclesiastici. Non naturalis iuris, quia lex & ratio naturalis, supposita etiam fide diuina, plus non exigit, quam ut spiritualia officia ministrantibus sufficiens ac congrua sustentatio præbeatur. Quare ante Moysen legem nulla exabat lex decimarum & credibile est. Abrahamum Gen. 14. non ex obligatione, sed spontanea deuotione erga Deum, & erga Sacerdotalem dignitatem reuerentia Melchisedech decimas obtulisse. Quod vero ex vi legis Mosaiæ dudum abolitæ Christiani non obligentur ad decimas soluendas, est certum: si- cut & illud, quod obligatio soluendi decimas, nec ex diuino legis Euangelicæ præcepto proficiatur, siquidem Christus Dominus supra leges naturæ alias non præscripsit, nisi quæ sunt fidei; & circa substantiales ritus Sacramentorum, & Sacrificij, reliqua vero Ecclesiæ disponenda reliquit. Restat igitur, ut Ecclesiastica solum lege decimæ debeantur, eaque antiquissima, & Apostolica ad hæc usque tempora cum Christiani populi approbatione deriuata. D. Tho. Alenf. Antonin. & alij quos citat, ac sequitur Laym. l. 4. tit. 6. c. 2. n. 2. Henric. quodl. 4. qu. 28. Abul. ad cap. 23. Mat. Adrian. quodl. 5. a. 1. Sotus l. 9. de iust. q. 1. art. 1. concl. 3. Lessi. l. 2. c. 29. dub. 1. Valent. tom. 3. d. 6. q. 1. pun. 1. & ex Canonistis plures, apud Layman. ubi supra.


9 Postquam Ecclesiastica lex de decimis iusta

ratione lata, & populi approbatione confirmata est, contra iustitiam peccat, & quodammodo contra Deum sacrilegus est, qui eas obus præstare defraudat. Quia decimæ tanquam iustum stipendium sunt.

pendium Ecclesiastico præcepto Cereris deputatæ sunt ratione spiritualium officiorum, quæ pro fidelium salute Deo exhibent. Quare decimarum solutio non tantum iustitiæ est actus, sed etiam ad Deum cultum pertinet; quia Deo in Ministris suis sunt consecratæ; unde consequenter earum defraudatio non tantum iniuriam aduersus homines continet, sed quodammodo etiam aduersus Deum. Innocent. cap. tua de de. im. Trident. sess. 25. c. 11. D. August. ser. 219. Ioan. Molan. orat. quæ est de decimis deferendis?

Aduersus quemlibet etiam alium decimarum possitorem utilis earum vindictio Ecclesiæ, seu Parocho quasi domino competit. cap. Pastoralis de decimis. ibi: Fructus alienari non possunt, nisi cum onere decimarum, haud dubie reali siue ipsi fructibus inherente, sicut apertius dicitur in cap. Cum non sit eodem rit. & notauit Glof. ad cap. In a. quibus, de decim. Abbas hic, n. 6. Abul. ad c. 29. Mat. q. 158. Syluest. v. Decima, q. 7. dicto 4. §. 1. Suar. l. 1. c. 36. n. 12. post D. Thomam q. 87. a. 2. ad 4. Clemens l. de decim. consulendus?

Etiam aduersus iniustum destructorem fructuum tum solo herentium, tum separatorum actio ab Ecclesiâ potest contineri. Innocent. & Abbas ad cap. Commissum, e. decim. Si autem rogi- tes, quæ actione Ecclesiæ seu Parocho decimas petere possit? Respondeo, Conditione ex lege siue canone, non tantum si decimæ ex- tantes sint, sed etiam si consumptæ, & destructæ, vel alienatæ sine causa, eaque iusta, argum. leg. vnicæ, ff. de condi. l. ex lege si obligatio lege noua introducta sit, nec tantum eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum est. Ex communi docet id Abbas ad cap. Commissum, n. 4. de decim. Ibidem Henric. Canif. in 3.



CAPVT III.

De personis, quæ ad decimas obligantur.

D Vobis modis persona potest ad præstan- das decimas obligari. Primo per se, ut obligatio ex conditione, seu subiectione eius decimarum in spiritualibus proficiatur: & exinde in hiis pos- rem, seu fructus rei deriuatur. Secundò per nalem le- accidens tantum; quia persona alioquin le- non obligata possidet rem fructiferam, aut eius fructus percipit, quibus decimarum onus incumbit. Prior illa obligatio onus siue debitum personale, posterior reale potest appellari. Laym. libr. 4. tract. 6. caput. 3. nu- mer. 1.

Omnes & solæ illæ personæ, quæ in spiritualibus subditæ à manu Sacerdotis Sacramenta suscipere debent ad decimarum præstationem per se ac proprie personali debito obligantur. Quia